

egestatem reliquum sit. Cum itaque Senatores ab aetate,
patres ab officio dictos uos esse sciam, & beneuolentia
vestra, qua pariter studiis, & literarum studiosis opem
fertis, multos alios, ad fastidium eruditionis eueherit,
oro, ut habita temporis ratione, praesentisque inopiae, in
qua cum familia constitutus sum, aliquo subsidio inuolenti
senatus munificentia meam tenuitatem leuet. Illud
enim piuum, & sanctum est, quia Reges, & imperia,
ecclesiae nutritores vox diuina nominat. Deinde
& reipub: interest conseruari doctrinae caelestis,
& aliarum artium in genere humano exactam noticiam.
Ego quicquid aliquando in me bonarum artium erit,
id uniuersum ad illustrationem, uerae, & purioris
doctrinae de deo, summa cum fide, & diligentia
referam, & ardentibus uotis deum precabor, pro
conseruatione honestae pacis, & disciplinae, ut in his
regionibus ecclesiae, & reipub: seminaria conseruentur.
Bene & feliciter ualete Data Noribergae 5 Nouemb: 52

Ordini senatorio, totiq;
reipub: deditissimus
Michael Maus Noribergensis
minister publ: Acad: Viteb: